

- H. PINNATIFIDA Auct. = *Metabasis Hymettia*.
 H. PINNATIFIDA Cyr. = *Achyrophorus pinnatifidus*.
 H. RUPESTRIS Pœpp. = *Achyrophorus apargioides*.
 H. SESSILIFLORA Kunth. = *Achyrophorus sessiliflorus*.
 H. SONCHOIDES Bert. = *Achyrophorus Scorzonerae*.
 H. SONCHOIDES Kunth. = *Achyrophorus sonchoides*.
 H. TARAXACIFOLIA Mœnch. = *Barkhausia albida*.
 H. TARAXACOIDES Pourr. = *Barkhausia albida*.
 H. TYROLENSIS Schiw. = *Achyrophorus maculatus* γ.
 H. UNIFLORA Vill. = *Achyrophorus Helveticus*.
 H. UNIFLORA Hoffm. = *Achyrophorus maculatus*.

DCCXCIII. ACHYROPHORUS Scop. carn. ed. 2. v. 2. p. 116, Less. syn. 130.
 (excl. sp.) non Vaill. — *Hypochæridis* sp. Linn.

Omnia *Hypochæridis* sed pappus uniserialis plumosus. — Herbæ Gerontogæ et Americanæ perennes. Capitula rariùs ovata, sæpiùs hemisphærica aut campanulata. Genus medium inter *Hypochæridem* et *Seriolam*, priori invol. imbricato et pappi setis non dilatatis, posteriori pappo uniseriali affine.

Sect. I. PHANODERIS.

Achænia omnia evidenter et longiusculè rostrata, rostro exteriorum breviorè, interiorum longiorè. — Herbæ pleræque Gerontogæ.

§. 1. Capitulis oblongis.

1. A. ANDINUS, scapo simplici nudo glabro 1-cephalo foliis triplò longiorè, foliis radicalibus elongatis oblongo-linearibus acutis basi attenuatis hinc indè lobulato-dentatis membranaceis glabris, invol. oblongi squamis paucis subimbricatis oblongo-linearibus nigricantibus dorso puberis, achæniis omnibus rostratis. ♀ in Andibus Amer. merid. *Seriola Andina* Pœpp. pl. exs. Ex capit. oblongo paucifloro accedit ad *Seriolam*, sed ex pappo 1-seriali setis plumosis basi nullo modo dilatatis ad *Hypochæridem* aptiùs pertinere videtur. (v. s.)
2. A. RAMOSUS, caudice radiciformi apice folia subradicalia caulemque ramosum subnudum gerente, foliis infer. oblongis utrinque acuminatis subdentatis, super. linearibus basi subsagittatis, invol. oblongi squamis glaberrimis margine scariosis. ♀ Patr. ign. Variat caule glaberrimo aut basi patentim hispidissimo. Rami pauci elongati apice nudi 1-cephali. (v. s.)
3. A. HISPIDUS, radice fusiformi, caule ramoso laxè subhispidò aut glabro, foliis radicalibus lanceolatis repando-dentatis adpressè et parcè pilosis, caulinis paucis angustè linearibus integerrimis aut basi dentatis, invol. oblongo pilis rigidulis hirto, achæniis striatis omnibus rostratis. ♀ seu (I) patr. ignota. *Hypochæris hispida* Willd. hort. berol. t. 46. enum. 831. non Roth. Pappi setæ plurimæ filiformes nec ut in *Seriolis* basi dilatatae. In icone Willd. capitulum ferè campanulatum ad sequentem nimis accedit. (v. v. et s. c. ex hort. genev.)
4. A. OXYDONTUS, caule erecto folioso sulcato glabro aut foliisque hinc indè piloso, foliis infer. oblongis basi in petiolum attenuatis sinuato-pinnatifidis lobis acutis terminali majore, caulinis lineari-oblongis integerrimis basi dentibus utrinque 1-2 acuminatissimis instructis, invol. campanulato setis elongatis hispidissimo. ♀ ? patr. ign. *Seriola Cretensis* Desf. hort. par. cat. ed. 3. p. 150. Poir. dict. 7. p. 121. non Linn. *Porcellites Cretensis* Cass. dict. 43. p. 43. Priori valdè affinis, sed differt capitulo campanulato nec oblongo, invol. pilis longioribus magis confertis, foliis caulinis latioribus acutiùs dentatis, etc. (v. v. et s. ex hort. par.)